



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Pelagia Poenitens. 8. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

nunquam mergenda innocentia. Sub
 hæc in thori societatem à Rege Sigero
 invitatur. Sed dum Rex venatur feras,
 virgo ut Cupidinis retia effugeret, binos
 Episcopos advocat, & ab his velata in
 Christi nuptiarum numerum transit. In-
 doluit Rex; sed quòd Deo nollet rivalis
 esse, potestatem fecit è suo thalamo,
 in Christi, hoc est cœnobium trans-
 eundi. In hoc ne Regiæ sponsæ purpura
 deesset, ferro à Danis pro fide cœditur.
 Memoratur verò finus suis non alienis
 pedibus ambulasse, & caput abscissum
 ad usque templum extulisse, atque ibi
 demum, cum manibus templi januam
 pulsasset, placidè procubuisse. Fuit etiã
 qui morbo ad extrema deductus OSI-
 THAM in vota vocavit, vovitque ne
 moreretur, in religioso cœtu se victu-
 rum. Convaluit sed soteria solvere obli-
 tus vindicem morbum secundum sen-
 sit, nec prius manum iterum OSITHÆ
 medicam, quàm objurgatus ab hæc fi-
 dem liberaturum se sponndit. Itaque
 bis voti damnatus templo & cœnobio
 Anathema, se, dedit. *Ex Surio.*

S. PELAGIA POENITENS.
 8. Octobris.

Vixit PELAGIA Alexandria sub
 Theodosii Minoris tempora, ob
 formæ venustatem corporisq̃ cultum
 non jam Veneris serva, sed ipsa Venus
 N n habi-

habita, pudor urbis & castitatis ipsissima perniciēs. Quis credat? quæ oculis captivam post se urbem trahebat, in hanc obtutum defixisse D. Nonno Antistiti etiam profuit. Quid enim? (exclamabat post visum hoc elegantia idolum ille) quo demum studio, quo sive temporis dispendio, sive impendio sumptuum hæc faciem comit pingitque? & hoc cur? quò nempe oculis amantium arrideat, calo lacrimante. Anima interim mee, quã, ausim dicere, DEVS deperit, quis splendor? nempe ad hanc infamiam collata, Æthiopiis anima. Ite & sordes meas eheu! lacrimis lavate. Hæc Nonus. At PELAGIA, spectante & mirante urbe, ad pedes eius descendit, & vitæ licentiam sancto fletu gemituque teste ejurat. Mox jejunis & vigiliis corpus defluere, vultum non jam gratiæ, sed pallor, squalor, maciæque insidere, nihil jam in totâ fronte rubere, præter præteritorum memoriam. Nempe obstrepere hinc Veneris puer, desertum se fide non bonâ queri, formam se, opes, amores dedisse: ipsam probra, contemptum, odiumque ingratiæ rependere. Sed virum scilicet invenit. Nam sparsis omnibus in egenos auro, laqueos amantium, capillos rescidit, sceminã cum veste exiit, Pelagium se dixit, vitæque reliquum Hierosolymis inter summas vitæ asperitates egit, in

9. OCT. Vita Sanctorum. 555
in illo monte, qui ab olivetis nomen
habet, ab ipso Christo dudum edocta,
ad caelum illinc ascendit. Ex *Sur.*

S. DIONYSIVS AREOPAGITA.

9. Octobris.

IS est DIONYSIVS, cui nomen Areo-
pagus fecit, vir inter Athenienses exi-
mie doctus & siderum contemplatio-
ni addictus. Quare eo tempore, quo
omnis natura morientem Christum lu-
gebat, exclamasse fertur, *aut Deum la-
borare, aut mundum ruinam meditari.* A
Paulo deinde CHRISTO additus pra-
esse novitio Christianorum gregi Athe-
nis iussus est. Ajunt cum Apostolis ab-
eunti in caelos VIRGINI adfuisse. Certè
eam vidisse, aspectuque tam augusto
attonitus ingenuè scribitur affirmasse,
pro Deo hanc habiturum se fuisse, nisi fides
DEI matrem esse suggessisset. Paulo etià
commori cupidus Romam advolavit.
Sed praevertit Neronis crudelitas, qui
spem tantam in Paulo prius decollavit.
Galliam ergo cum jussu Clemētis Pont.
adiisset, annos numerans X. supra C.
vincula primò tulit, tum verbera; utra-
que Christianam fortitudinem. Exinde fer-
reo, cui flammæ subjectæ erant, lectulo
incubuit; sed suaviora nunquam somnia
de caelo, quam tunc vidit. Ita semiustu-
latus feris objectus est, sed has etiam
virtus demulsi. Iterum in flammis mis-
sus,

N n 2 sus,